Quelle: http://manuscripta.at/?ID=28708
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

propter eos omiserit. Hoc non notatur. Post completorium attendit, ut aquam benedictam aut per se
aut per fratrem aliquem illic dormientem per omnes lectos infirmorum aspergatur. exceptis
dominicis diebus. Et cum hora fuerit ut omnes se debeant iam collocasse ipse vel adiutor eius cum iam
absconsa diligenter necessarias perlustrat. Licet autem unusquisque illorum inde quoti-
ens opus fuerit et post collationem licenter bibere possit. dicere non expedit. cum infirmis
huiusmodi lex posita non sit. Unde est infirmarius post completorium aliquot iusticias cum potu
in promptu poni procurat. ut quisque eorum sitim patiens etiam in nocte extinguere va-
leat. Quem tamen oportet scire quod apud semet ipsum tunc temporis tantum debet tanti
potum benedicere. Eidem quoque infirmario est observandum ne quid loquatur in tempore
silentii cum aliquo infirmo. nec quod ab utroque vicissim insinuari non valet per signum. ex-
cepto quem talis infirmitas gravat quod pro ipsa egritudine hoc observare neque-
at. Nulli etiam valde egrotanti absque licentia culcitram subponit. et tamen cui-
libet ieiunare non valenti ut alios prandendo preveniat concedit. Infirmis quo-
que nequaquam conceditur. ut in tempore silentii et maxime inter comedendum ad se invicem
aliquid loquantur. Sed cum infirmario tunc temporis eo quo prefatum est ordine absque licen-
tia que sunt necessaria loqui non prohibentur. Ipsi etiam in capite ieiunii non nudis pedibus
cineres accipiendo. in purificatione sancte Marie cereos. et in palmis ramos palmarum
offerendo sunt ultimi. Si quis eorum ieiunandi vires non habet. is nec cineres acci-
piat. Si quis etiam eorum in xlma alio cybo refici non valet. lacte vel alio huic simili
cybo utitur. Qualibet die regularis ieiunii. audito signo secundo ad nonam. orationem faci-
unt prius quam incipiant eam. Vestimenta sua que suspendenda sunt in suo claustro sus-
pendunt. quod tamen alii per indulta gratia ibi dormientes non faciunt. A quibus et hoc summo
opere cavetur. ut numquam occasione indulte misericordie aliquid illic absque licentia loquantur. .l.iiii.
Quorum etiam nullus ad lavatorium infirmorum manus lavat. nisi ex necessitate aliqua. ut est De famulis infirmarii in secu...
sanguinis fluor simul et hi qui cocturam procurant. ibi lavant. Staminea sua
omni tempore post matutinas suos infirmi licenter induunt. De famulis infirmarii

FAMULORUM AUT[EM]
[F]ad domum infirmorum pertinent. tot ex more sunt. quot ad infirmantium obsequia
sufficiunt. Hi si volunt cottidie missam ad sanctam Mariam audiunt. pacemque accipi-
unt. et quotiens visum fuerit corpus domini sumere possunt. Cottidie non sit genera-
le ieiunium. infra maiorem missam de cybo et potu aliquantulum pregustant ut prandium

98